

*litatem ejus versa, obligatur: Alioquin ipsi soli, qui contraxerunt, tenebuntur.*

*d. l. 27. ubi Don. nu. 2. Hart. Pist. d. q. 37. n. 23. & 65. Nov. 120. c. 6. §. 3. & arg. l. 3. C. de jar. Reip. & l. pen. C. quib. ex caus. majores. Adde Auth. hoc jus porrectum in fin. C. de SS. Eccles. Idq̄ non tantum in magnis civitatib. sed in omnib. aliis Universitatib. alieno regimini subjectis procedere ait Gloss. & Bart. in d. l. civitas n. 8. & 11. & ibi Alexand. in pr. cui consentit Jas. Dec. & Alciat. ibid. In utilitatem vero civitatis pecuniam conversam, non conjecturis & presumptionibus, sed testibus vel instrumentis probari oportet, prout contra dissentientes deducit Fachin. lib. 2. contro. c. 76. & Kitzel. d. c. nu. 23. & 24. Et hoc casu administratores non ex contractu mutui, utpote quæ obligatio non existat, nisi in numeratione hoc ipsum fuerit actum, ut is ipse, qui accepit, ex mutuo obligetur. l. non omnis numeratio. 19. ff. de reb. credit. sed conditione causâ datâ, causâ non secutâ conveniendi erunt, l. si prædium. C. de præd. minor. Bartol. conf. 94. incip. viso puncto. Gœdd. ad d. l. 17. de V. S. nu. 22. Eò quod in utilitatem civitatis pecunia versa non sit, arg. l. 6. & l. 17. ff. de condict. causâ datâ, causâ non secutâ.*

## XVI.

*Quod si non nomine civitatis, sed eorum, qui accipiunt, daretur pecunia, quamvis in rem civitatis postea versa, eos tamen solos, neutiquàm civitatem, obligari dicimus.*

*L. eum qui. 13. C. si cert. pet. nihil enim prodest ad obligationem civitatis, nisi & ab initio qui accipit, actor fuerit civitatis, & ei pecunia data sit, nomine & contemplatione civitatis. Don. ad d. l. 217. num. 1. Siquidem non aliter mutuum contrahitur, quàm cum ego pecuniam hoc animo do, ut mutua fiat, & tu eadem opinione pecuniam à me accipias, ut infra dicitur. Sic si quid daretur Procuratori, nec is hoc animo esset, ut Domino acquireret, placet Dominum non obligari. l. 1. §. per Procuratorem, de acquir. poss. Quantò minus tùm obligabitur, sive Actor, sive Procurator, si in re contra-*  
*henda*